# Rey reformat consorti suæ

124 Comparens personaliter coram officio et actis præsen[tibus] Castren[sibus]
Capitanealibus Præmislien[sibus] Generosus Christophorus Rey de Na-
głowicze, à terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusuis
propriis ac foro competen[ti] recedendo, præsenti vero Castren[si] Præmislien[si]
~~120~~ iurisditioni se submittendo ac bona sua omnia quo ad actum effectumque
totius inscriptionis præsentis attinet incorporan[do] et inuiscerando, mente
et corpore sanus existens publice personaliterque recognouit. Quia
Generosa Cathærina filia olim Generosi Andreæ Chrobrowski conjor-
ti suæ summam septem millium septingentorum quadraginta et
duorum flor[enorum] pecun[iæ] monetæ polonicalis ratione dotis post eam re-
cepta, et aliam similem summam septem millium septingentorum
quadraginta duorum flor[enorum] pecun[iæ] monetæ polonicalis, ratione veri
et iusti dotalitij, in et super tota et integra medietate omnium bo-
norum suorum hæreditariorum et obligatoriorum mobilium et immobi-
lium in quibuscunque terris pallatinatibus et districtibus regni Po-
loniæ consisten[tium], quæ nunc habet et in posterum habiturus est, nec
non in medietate omnium summarum pecuniarium in quibuscunque
bonis inscript[arum] et non inscript[arum], in depositoque existen[tium], tum auri
argenti laborati et non laborati, margaritarum clenodiorum
aerarum curiarum domorum ædificiorum, pecorum pecudum, equi-
tiarum, totiusque supellectilis domesticæ. Generaliter vero
in medietate omnium et singulorum bonorum suorum modo quocunque
vocatorum et nuncupatorum, nullis penitus exceptis et exclusis
reformat inscribit assecurat dat donat dotat et dotalitiat præsen[tibus].
Ita quod ipsa Cathærina Reiowa consors in ipsa dotis et dotali-
tij summa simul iuncta vide[li]c[et] Quindecem millium quadringen-
torum octuaginta quatuor flor[enorum] pecun[iæ], bona præfata cum
omni iure dominio proprietate tenebit habebit et possidebit illisque
utifruetur aliorum modo et forma aliarum reformationum in regno
Poloniæ hactenus diutius tentarum et obseruatarum. Nihilominus
præfatus Christophorus Rey se et suos successores supra omnibus
bonis suis hæreditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus et in
manus magnifici Stanislai Chrobrowski Castellani Præmislien[sis]
patris consortis suæ et eius successorum inscribit et obligat, præ-
sentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Præmislien[sia]
seu quæcunque autentica regni Poloniæ ante decursum unius anni
transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem
recognitionem facere, prout ipsi magnifico et eius posteris visum
fuerit, sub vadio septem millium septingentorum quadraginta
duorum flor[enorum] pecun[iæ] monetæ polonicalis, in defectu completionis
per eundem Christophorum vel eius posteros prædicto magnifico
vel eius successoribus ad soluendum succumben[do]. Pro quo quidem
vadio si se ipsi Christophorus Rex prædicto magnifico vel
eius posteris citare permiserit vel eius posteri permiserint,
exlusa terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibus-
uis propriis recedendo, coram Castren[si] Capitaneali Præmislien[si]
iudicio seu officio cui se ad quod sibi citabitur C actus præ-
sentis receptum cum successoribus bonisque suis subijcit, in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere

ac pro præfato vadio satisfacere cum suis posteris tenebitur quotiens opus 125
fuerit tenebitur. Nullum terminum orasionem præmissorum circa vel
simplici infirmitatibus, actionem pro maiori, statutis et constitutionibus
quibusuis nouis vel antiquis laudatis et laudan[dis], bello colloquiis con- ~~126~~
uentionibus generalibus vel particularibus, expeditione bellica
seruitio militari et reipublicæ siue sacræ regiæ maiestatis, absentia
à regno ac alijs omnibus legalibus impedimentis non differen[do] nec pro-
longan[do], ad quietationem mortificationemque inscriptionis præsentis vilon[?] sibi
non peten[do], appellationes cum motionibus variumque prosequutiones
à iudicio seu officio nullas faciendo, pœna trium marcarum et triplici
pœna non euaden[do] immo se cum successoribus omnibus iuris remedijs
Cuasionibus, præscriptionibus, suspensionibus, dilationibusque gratiæ
quibuscunque abrenuntian[do]. Et nil sibi penitus in auxilium contra
inscriptionem præsentem assumen[do], sua suorumque successorum sub amissio-
ne totius causæ. Nulla præscriptione terrestri in præmissis obstan[te].

# Ossolinsky reformat Uxori.

Comparens personaliter coram officio et actis præsen[tibus] Castren[sibus]
Capitanealibus Præmislien[sibus] Generosus Andreas Ossolinski de
Ossolin et in Calutow terræ Sandomirien[sis] hæres, à terris pal-
latinatibus districtibus iuribusque suis quibusuis propriis ac fo-
ro competen[ti] recedendo, præsenti vero Castren[si] Præmislien[si] iurisditio-
ni se submittendo ac bona sua omnia quo ad actum effectumque totius
inscriptionis præsentis attinet incorporan[do] et inuiscerando mente
et corpore sanus existens publice personaliterque recognouit.
Quia Generosa Anna filia olim Generosi Andreæ Chrobrowski
consorti suæ summam septem millium septingentorum quadra-
ginta duorum flor[enorum] pecuniæ monetæ polonicalis, ratione dotis
post eam recepta, et aliam similem summam septem millium se-
ptingentorum quadraginta duorum flor[enorum] pecuniæ monetæ
et numeri polonicalis, ratione veri et iusti dotalitij, in et super
tota et integra medietate omnium et singulorum bonorum suorum
hæreditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium in
quibuscunque terris pallatinatibus et districtibus regni Poloniæ
consisten[tium], quæ nunc habet et in posterum habiturus est, nec non
in medietate omnium summarum pecuniarium in quibuscunque bo-
nis inscript[arum] et non inscript[arum], in depositoque existen[tium], tum auri ar-
genti laborati et non laborati, margaritarum clenodiorum aere-
arum curiarum, domorum ædificiorum, pecorum pecudum equi-
tiarum, totiusque supellectilis domesticæ. Generaliter vero in me-
dietate omnium et singulorum bonorum suorum modo quocunque et nomine
vocatorum et nuncupatorum, nullis penitus exceptis et exclusis reformat
inscribit indicat assecurat, dat donat dotat et dotalitiat præsentibus.
Ita quod ipsa Anna consors sua in ipsa dotis et dotalitij summa si-
mul iuncta vide[li]c[et] Quindecem millium quadringentorum octuaginta
quatuor flor[enorum] pecun[iæ] monetæ polonicalis, bona præfata superata
cum omni iure dominio proprietate tenebit habebit et possidebit
illisque utifruetur aliorum modo et forma aliarum reformationum in re-
gno Poloniæ hactenus diutius tentarum et obseruatarum. Nihilo-